L 1 Ier 18, 18-20; Ps 30, 5-6. 14. 15-16.

Ev Mt 20, 17-28.

Fieri potest memoria S. Turibii de Mogrovejo E., ut pp. XIX-XX notatur.

ANNIVERSARIA

1981. *Bognor Regis*. Fr. *Anselm M. Hislop*, presb., a. 88, r. 67.
 1998. *Dinazzano*. Fr. *Alberto M. Morini*, presb., a. 75, r. 57.

24. *Viol.* Feria V post dom. II Quadr. (hebd. II *Psalt.*).

De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Ier 17, 5-10; Ps 1, 1-2. 3. 4 et 6.

Ev Lc 16, 19-31.

I VESPERAE seq. soll. – Cp. post I Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1974. *Ladysmith.* Fr. Charles M. Feeney, *presb.*, a. 84, r. 65.

25. *Alb.* Feria VI. **IN ANNUNCIATIONE DOMINI,**
sollemnitas. – Ad H. m. ant. pr. cum psalmodia
complementari.

MISSA pr., *Gloria, Credo*, pf. pr.

L 1 Is 7, 10-14; 8, 10; Ps 39, 7-8a. 8b-9. 10. 11.

L 2 Hebr 10, 4-10.

Ev Lc 1, 26-38.

Ad verba symboli *Et incarnatus ... factus est genuflectendum* est, uno genu si recitentur, utroque si canantur (IM, 137).

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequiali.

II VESPERAE soll. – Cp. post II Vp. dom.

DIES INSTITUTI

Institutum saeculare cui est titulus *Servite Secular Institute*, a fratre Gerard M. Corr (†2000) et Joan Bartlett (†2002), pia iuvene, fundatum et die 25 martii 1979 ab Apostolica Sede probatum, hodiernam diem, qua anno 1964 die 28 maii Ordini nostro est aggregatum, tamquam *Diem Instituti* festive celebrat. Omnes fratres et sorores Servorum Ordinis cum in matutinis tum in vespertinis precibus necnon in Sacrificio eucharistico Deo et beatae Virgini gratias referant et pro bono et incremento Instituti enixe supplicent.

ANNIVERSARIA

1966. *Innsbruck.* Fr. Pius M. Kreuzer, *presb.*, a. 53, r. 35.

1968. *Arezzo.* Fr. Manetto M. Caiani, *presb.*, a. 62, r. 43.

1975. *San Francisco.* Fr. Andrew M. Colletti, *presb.*, a. 50, r. 30.

1982. *Vicenza.* Fr. Ignazio M. Faccin, *presb.*, a. 83, r. 65.

1993. *Dublin.* Fr. Joseph M. Madden, *presb.*, a. 63, r. 42.

2003. *Ubombo.* Fr. Thomas M. Carroll, *presb.*, a. 78, r. 52.

26. *Viol.* Sabb. post dom. II Quadr. (hebd. II *Psalt.*).

De eo.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Mic 7, 14-15. 18-20; Ps 102, 1-3. 3-4. 9-10. 11-12.

Ev Lc 15, 1-3. 11-32.

I VESPERAE dom. III Quadr. – Cp. post I Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1975. *London.* Fr. Alexis M. Halle, a. 91, r. 65.

1979. *Montréal. Fr. Ignazio M. Patriarchi, presb., a. 86, r. 70.*
 1980. *Albuquerque. Fr. Gabriel M. Reisdorff, presb., a. 69, r. 44.*
 2001. *Verona. Fr. Flaviano M. Tabbia, presb., a. 77, r. 60.*
 2003. *Hochrum. Fr. Othmar M. Reitz, presb., a. 86, r. 48.*
 2005. *Monte Senario. Fr. Antonio M. Monaco, a. 79, r. 53.*

27. *Viol. DOM. III IN QUADRAGESIMA* (hebd. *III Psalt.*).

De ea.

- ✠ MISSA pr., *Credo*, pf. pr. (*de Samaritana*).

L 1 Ex 17, 3-7; Ps 94, 1-2. 6-7. 8-9.

L 2 Rom 5, 1-2.5-8.

Ev Io 4, 5-42 *vel* 4, 5-15.19b-26.39a.40-42.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

II VESPERAE dom. III Quadr. – Cp. post II Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1996. *Saint-Jean sur Richelieu. Fr. Laurent M. Lussier, presb., a. 78, r. 58.*

28. *Viol. FERIA II post dom. III Quadr.* (hebd. *III Psalt.*).

De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 2 Reg 5, 1-15a; Ps 41, 2. 3; 42, 3. 4.

Ev Lc 4, 24-30.

ANNIVERSARIA

1987. *Milano. Fr. Basilio M. Cecchin, presb., a. 75, r. 57.*
 1993. *Negrar. Fr. Amadio M. Serafini, a. 75, r. 55.*

29. *Viol. FERIA III post dom. III Quadr.* (hebd. *III Psalt.*).

De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Dan 3, 25.34-43; Ps 24, 4bc-5ab. 6-7bc. 8-9.

Ev Mt 18, 21-35.

ANNIVERSARIA

1983. *Udine. Fr. Giustino M. Gugole, presb., a. 86, r. 67.*
 1985. *Santiago de Chile. Fr. Eduardo M. Ulriksen Mendia, a. 33, r. 7.*

30. *Viol. FERIA IV post dom. III Quadr.* (hebd. *III Psalt.*).

De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Deut 4, 1.5-9; Ps 147, 12-13. 15-16. 19-20.

Ev Mt 5, 17-19.

ANNIVERSARIA

1989. *Chicago. Fr. James M. Doyle, presb., a. 78, r. 58.*

31. *Viol. FERIA V post dom. III Quadr.* (hebd. *III Psalt.*).

De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Ier 7, 23-28; Ps 94, 1-2. 6-7. 8-9.

Ev Lc 11, 14-23.

ANNIVERSARIA

1970. *London. Fr. Cyril M. Tucker, presb., a. 67, r. 48.*
 1977. *Düsseldorf. Fr. Martin M. Rose, presb., a. 67, r. 42.*

APRILIS 2011

1. *Viol.* Feria VI post dom. III Quadr. (hebd. *III Psalt.*).
De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Os 14, 2-10; Ps 80, 6c-8a. 8bc-9. 10-11ab. 14 et 17.
Ev Mc 12, 28b-34.

Crastina die anniversarium recurret pie mortis Ioannis Pauli Pp. II (2005).

ANNIVERSARIA

1967. *Napoli.* Fr. Tommaso M. Bartolomei, presb., a. 77, r. 61.
2005. *Chicago.* Fr. Bernard M. Barnes, presb., a. 84, r. 63.

2. *Viol.* Sabb. post dom. III Quadr. (hebd. *III Psalt.*).
De eo.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Os 6, 1-6; Ps 50, 3-4. 18-19. 20-21ab.
Ev Lc 18, 9-14.

Fieri potest memoria S. Francisci de Paola Er., ut pp. XIX-XX notatur.

I VESPERAE dom. IV Quadr. – Cp. post I Vp. dom.
Hodie ad Vp. et crastino die (dom. *Laetare*) organa aliaque instrumenta pulsari possunt.

ANNIVERSARIA

1986. *Nagyszakácsi.* Fr. Alois M. Németh, presb., a. 73, r. 52.
1993. *Siracusa.* Fr. Angelo M. Pantano, presb., a. 72, r. 53.

1997. *Bologna.* Fr. Aldo M. Sartoni, a. 84, r. 47.

2005. *Città del Vaticano.* Pp. Ioannes Paulus II, a. 84, p. 26.

3. *Viol.* **DOM. IV IN QUADRAGESIMA** (hebd. *IV Psalt.*).

De ea.

✠ MISSA pr., *Credo*, pf. pr. (*de caeco nato*).

L 1 1 Sam 16, 1b. 6-7.10-13a; Ps 22, 1-3a. 3b-4. 5. 6.

L 2 Eph 5, 8-14.

Ev Io 9, 1-41 *vel* 9, 1.6-9.13-17.34-38.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

II VESPERAE dom. IV Quadr. – Cp. post II Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1967. *Bologna.* Fr. Pellegrino M. Quarenghi, presb., a. 57, r. 39.

4. *Viol.* Feria II post dom. IV Quadr. (hebd. *IV Psalt.*).
De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Is 65, 17-21; Ps 29, 2 et 4. 5-6. 11-12a et 13b.

Ev Io 4, 43-54.

Fieri potest memoria S. Isidori E. D., ut pp. XIX-XX notatur.

5. *Viol.* Feria III post dom. IV Quadr. (hebd. *IV Psalt.*).
De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Ez 47, 1-9.12; Ps 45, 2-3. 5-6. 8-9.

Ev Io 5, 1-16.

Fieri potest memoria S. Vincentii Ferrer P., ut pp. XIX-XX notatur.

ANNIVERSARIA

1985. *Perugia. Fr. Silverio M. Ercoli, presb., a. 63, r. 45.*

1998. *Ancona. Fr. Alfonso M. Baccarani, presb., a. 75, r. 57.*

6. *Viol.* Feria IV post dom. IV Quadr. (hebd. *IV Psalt.*).

De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Is 49, 8-15; Ps 144, 8-9. 13cd-14. 17-18.

Ev Io 5, 17-30.

ANNIVERSARIA

2002. *Montréal. Fr. Francesco M. Maddalena, a. 86, r. 57.*

7. *Viol.* Feria V post dom. IV Quadr. (hebd. *IV Psalt.*).

De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Ex 32, 7-14; Ps 105, 19-20. 21-22. 23.

Ev Io 5, 31-47.

Fieri potest memoria S. Ioannis Baptistae de la Salle P., ut pp. XIX-XX notatur.

ANNIVERSARIA

1992. *Ciriè. Fr. Alessandro M. Ongaro, presb., a. 68, r. 51.*

1997. *Denver. Fr. Benedetto M. Rori, presb., a. 82, r. 66.*

2001. *Curitiba. Fr. Agostino M. Poli, presb., a. 91, r. 73.*

8. *Viol.* Feria VI post dom. IV Quadr. (hebd. *IV Psalt.*).

De ea.

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Sap 2, 1a.12-22; Ps 33, 17-18. 19-20. 21 et 23.

Ev Io 7, 1-2.10.25-30.

ANNIVERSARIA

2009. *Ronzano. Fr. Ivo M. Paoloni, presb., a. 79, r. 61.*

CDL

ANNUS A CONFRATERNITATE SS. CRUCIFIXI IN URBE ROMA
AD DIGNITATEM ARCICONFRATERNITATIS EVECTA

Die 8 aprilis 1561 Pius IV, Summus Pontifex (†1565), evexit confraternitatem SS. Crucifixi institutae in urbe Roma apud aedem S. Marcello dicatam ad dignitatem arciconfraternitatis facultatem concessit ut sibi adgregaret alias confraternitates SS. Crucifixi in universa Ecclesia institutas. Sodalibus autem arciconfraternitatis potestatem dedit liberandi quotannis unum ex iis qui capite essent damnati.

L'8 aprile 1561 il papa Pio IV (†1565) elevò la Confraternita del SS. Crocifisso, istituita in Roma presso la chiesa San Marcello, al grado di Arciconfraternita e le concesse la facoltà di aggregarsi altre confraternite del SS. Crocifisso esistenti in tutta la Chiesa. Ai membri dell'Arciconfraternita diede il potere di liberare ogni anno un condannato a morte.

On April 8, 1561, Pope Pius IV (†1565) elevated the Confraternity of the Most Holy Crucifix, founded at the Church of San Marcello in Rome, to the status of an Archconfraternity and granted it the faculty to annex other confraternities of the Most Holy Crucifix existing in the Church. He gave the members of the Archconfraternity the power to set free someone from the death penalty every year.

9. *Viol.* Sabb. post dom. IV Quadr. (hebd. *IV Psalt.*).**De eo.**

MISSA pr., pf. Quadr.

L 1 Ier 11, 18-20; Ps 7, 2-3. 9bc-10. 11-12.

Ev Io 7, 40-53.

I VESPERAE dom. V Quadr. – Cp. post I Vp. dom.

Usus cooperiendi cruces et imagines per ecclesiam servari potest, de iudicio Conferentiae Episcoporum. Cruces velatae manent usque ad expletam celebrationem Passionis Domini, feria VI Hebdomadae Sanctae, imagines vero usque ad initium Vigiliae paschalis.

ANNIVERSARIA

1965. *Ferrara. Fr. Angelo M. Barsella, presb., a. 52, r. 34.*

2000. *Recanati. Fr. Donato M. Senigagliaesi, a. 87, r. 60.*

10. *Viol.* **DOM. V IN QUADRAGESIMA** (hebd. *I Psalt.*).**De ea.**

✠ MISSA pr., *Credo*, pf. pr. (*de Lazaro*).

L 1 Ez 37, 12-14; Ps 129, 1-2. 3-4ab. 4c-6. 7-8.

L 2 Rom 8, 8-11.

Ev Io 11, 1-45 *vel* 11, 3-7.17.20-27.33b-45.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

II VESPERAE dom. V Quadr. – Cp. post II Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1990. *Nigel. Fr. Giulio M. Zini, presb., a. 86, r. 68.*

2004. *Negrar. Fr. Angelo M. Vedelago, presb., a. 81, r. 62.*

2010. *Londra. Fr. Patrick M. Carroll, presb., a. 57, r. 36.*

11. *Viol.* Feria II post dom. V Quadr. (hebd. *I Psalt.*).**De ea.**

MISSA pr., pf. I Pass.

L 1 Dan 13, 1-9.15-17.19-30.33-62 *vel* 13, 41c-62;

Ps 22, 1-3a. 3b-4. 5. 6.

Ev Io 8, 1-11.

Fieri potest memoria S. Stanislai E. M., ut pp. XIX-XX notatur.

ANNIVERSARIA

1967. *Innsbruck.* Fr. Joseph M. Valentin, a. 80, r. 39.

1983. *Sitki.* Fr. Pietro M. Coser, a. 71, r. 41.

12. *Viol.* Feria III post dom. V Quadr. (hebd. *I Psalt.*).**De ea.**

MISSA pr., pf. I Pass.

L 1 Num 21, 4-9; Ps 101, 2-3. 16-18. 19-21.

Ev Io 8, 21-30.

13. *Viol.* Feria IV post dom. V Quadr. (hebd. *I Psalt.*).**De ea.**

MISSA pr., pf. I Pass.

L 1 Dan 3, 14-20.91-92.95; Ps Dan 3, 52. 53. 54. 55. 56.

Ev Io 8, 31-42.

Fieri potest memoria S. Martini I Pp. M., ut pp. XIX-XX notatur.

ANNIVERSARIA

1962. *Rio de Janeiro.* Ep. Antonio Giulio M. Mattioli, a. 59, r. 42.

1974. *Pesaro.* Fr. Giovanni M. Nanni, presb., a. 62, r. 45.

1977. *Chicago.* Fr. David M. Motzny, presb., a. 51, r. 30.

1991. *Bologna.* Fr. Giovanni M. Ibatizi, a. 68, r. 54.

1993. *Vicenza.* Fr. Giovannangelo M. Mazzocato, presb., a. 86, r. 66.

2010. *Montréal.* Fr. Georges-Étienne M. Allard, presb., a. 84, r. 64.

14. *Viol.* Feria V post dom. V Quadr. (hebd. *I Psalt.*).**De ea.**

MISSA pr., pf. I Pass.

L 1 Gen 17, 3-9; Ps 104, 4-5. 6-7. 8-9.

Ev Io 8, 51-59.

15. *Rub.* *vel Alb.* Feria VI post dom. V Quadr. B. MARIAE VIRGINIS IUXTA CRUCEM, *festum.* – Ad H. m. ant. et pss. feriae VI *hebd. I.*

MISSA pr., *Gloria*, sequentia ad libitum, lect. pr., pf. pr.

L 1 Rom 8, 31b-39 *vel* Gen 22, 1-2.9-13.15-18;

Ps 17, 2-3. 5-7. 19-20.

Ev Io 19, 25-27.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

ANNIVERSARIA

1984. *Livorno.* Fr. Giorgio M. Franci, presb., a. 71, r. 52.

16. *Viol.* Sabb. post dom. V Quadr. (hebd. *I Psalt.*).**De eo.**

MISSA pr., pf. I Pass.

L 1 Ez 37, 21-28; Ps Ier 31, 10. 11-12ab. 13.

Ev Io 11, 45-56.

ANNIVERSARIA

1963. *Turvo. Fr. Gregorio M. Dal Monte, presb., a. 72, r. 56.*
 1971. *Figline Valdarno. Fr. Aurelio M. Prosperi, presb., a. 85, r. 68.*
 1976. *Montréal. Fr. Bruno M. Dely, presb., a. 62, r. 41.*
 2000. *Ancona. Fr. Enrico M. Battistella, diac., a. 85, r. 65.*
 2000. *Firenze. Fr. Michele M. Bari, presb., a. 86, r. 68.*

HEBDOMADA SANCTA

Notanda pro Hebdomada sancta

Ritus Hebdomadae sanctae, idest benedictio et processio palmarum, repositio Ss.mi Sacramenti post Missam in Cena Domini, Actio liturgica feriae VI in Passione Domini et Vigilia paschalis, celebrari possunt in omnibus ecclesiis et oratoriis publicis et semipublicis. Expedi tamen ut in ecclesiis quae non sunt paroeciales et in oratoriis celebrentur tantummodo si digne peragi possunt, idest cum congruo numero ministrorum, cum facultate exsequendi saltem aliquas partes cum cantu, et cum sufficienti frequentia fidelium. Secus, expedi ut huiusmodi celebrationes in ecclesiis tantum paroecialibus aliisque ecclesiis maioribus persolvantur. Expedi quoque ut de hac re normae peculiaria a competenti auctoritate ecclesiastica tradantur.

Notanda pro dominica in palmis de Passione Domini

1. In Officio divino, ad benedictionem et processionem palmarum, et in omnibus Missis huius dominicae adhibentur sacrae vestes coloris rubri.
2. In omnibus Missis huius dominicae fit memoria ingressus Domini in Ierusalem, et quidem per processionem vel introitum sollemnem ante Missam principalem, per introitum simplicem ante alias Missas. Introitus tamen sollemnis, non vero processio, iterari potest ante unam alteramve Missam, quae cum magno populi concursu celebrari solet.
3. Expedi processionem haberi ab ecclesia minore, vel alio loco apto, ad ecclesiam in qua Missa celebrabitur. In processione sacerdos induit casulam vel pluviale.

4. Post processionem vel introitum sollemnem, omittuntur signum crucis et actus paenitentialis vel aspersio aquae benedictae initio Missae, et dicitur statim collecta. Missa deinde prosequitur more solito.

5. Solam autem benedictionem palmarum, absque subsequenti processione et Missa celebrare non licet.

6. Historia Passionis Domini legitur absque luminaribus et absque incenso sine salutatione et signatione libri. Legitur autem a diacono vel, ipso deficiente, a sacerdote. Legi potest etiam a laicis lectoribus, parte Christi, si fieri potest, sacerdoti reservata. Diaconi, non autem alii, ante lectionem Passionis, dicunt *Munda cor meum*, petunt benedictionem sacerdotis, ut alias ante Evangelium. In fine dicitur: *Verbum Domini*, sed osculum libri omittitur.

APRILIS 2011

16. *Rub.* Sabb.

I VESPERAE dom. in palmis. – Cp. post I Vp. dom.

17. *Rub.* **DOMINICA IN PALMIS DE PASSIONE DOMINI** (hebd. II *Psalt.*).

De ea.

Ante processionem:

Ev Mt 21, 1-11.

✠ MISSA pr., *Credo*, pf. pr.

L 1 Is 50, 4-7; Ps 21, 8-9. 17-18a. 19-20. 23-24.

L 2 Phil 2, 6-11.

Ev Mt 26, 14 – 27, 66 *vel* 27, 11-54.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

II VESPERAE dom. in palmis. – Cp. post II Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1989. *Nepean.* Fr. Eric M. Renhas de Pouzet, presb., a. 80, r. 25.

2008. *Chicago.* Fr. Vincent M. O'Shea, presb., a. 95, r. 73.

18. *Viol.* **FERIA II HEBDOMADAE SANCTAE** (II *Psalt.*).

De ea.

MISSA pr., pf. II Pass.

L 1 Is 42, 1-7; Ps 26, 1. 2. 3. 13-14.

Ev Io 12, 1-11.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequialis.

Cras recurret anniversarium electionis Benedicti Pp. XVI (2005).

Oremus pro eo et pro universa Ecclesia.

ANNIVERSARIA

1962. *Wien. Fr. Leopold M. Mungenast, presb., a. 75, r. 56.*

1987. *Albuquerque. Fr. Caspar M. Yost, presb., a. 87, r. 64.*

1993. *Chicago. Fr. Patrick M. Roche, presb., a. 89, r. 70.*

19. *Viol. FERIA III HEBDOMADAE SANCTAE (II Psalt.).*

De ea.

MISSA pr., pf. II Pass.

L 1 Is 49, 1-6; Ps 70, 1-2. 3-4a. 5-6ab. 15 et 17.

Ev Io 13, 21-33. 36-38.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequialis.

DIES MISSIONIS

Missio in regione Swaziland anno 1923, die 19 aprilis, in Praefecturam apostolicam erecta, hodie Diem Missionis celebrat.

Omnes Servi et Servae sanctae Mariae in celebratione Laudum et Vesperarum necnon Sacrificii eucharistici Deum enixe exorent ut in illa regione Ecclesia in dies floreat.

ANNIVERSARIA

1965. *Wien. Fr. Anselm M. Wimmer, presb., a. 65, r. 48.*

1999. *Portland. Fr. Philip M. Brennan, presb., a. 84, r. 63.*

2002. *Benburb. Fr. Gabriel M. Bracken, a. 75, r. 51.*

2006. *Negrar. Fr. Matteo M. Novello, presb., a. 86, r. 66.*

20. *Viol. FERIA IV HEBDOMADAE SANCTAE (II Psalt.).*

De ea.

MISSA pr., pf. II Pass.

L 1 Is 50, 4-9a; Ps 68, 8-10. 21bcd-22. 31 et 33-34.

Ev Mt 26, 14-25.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequialis.

ANNIVERSARIA

1963. *Reggio Emilia. Fr. Bernardo M. Savi, presb., a. 77, r. 61.*

1963. *Bologna. Fr. Amadio M. Piccinelli, presb., a. 66, r. 41.*

1963. *Frohnleiten. Fr. Simeon M. Oberleitner, a. 84, r. 54.*

1964. *Workingham. Fr. Joachim M. McCarthy, presb., a. 81, r. 63.*

1999. *Manduria. Fr. Carmelo M. Padalino, presb., a. 75, r. 56.*

APRILIS 2011

21. *Viol.* **FERIA V HEBDOMADAE SANCTAE** (*II Psalt.*).

De ea. – Ad. Off. lect. dici potest ps. 68 *Salvum me fac, Deus* (e feria VI hebd. III) cum suis ant., cum de Passione Domini loquatur.

S. Anselmi E. D. memoria omittitur.

Advertenda.

1. Hodie permittuntur tantum Missa chrismatis et Missa in Cena Domini, secundum ea quae infra dicentur. Prohibentur Missae exsequiales.

2. Missa chrismatis, quam episcopus cum suo presbyterio concelebrat, et in qua olea sacra benedicuntur, est velut manifestatio communionis presbyterorum cum proprio episcopo.

Ad hanc vero Missam congregantur et in ea concelebrant presbyteri, quippe in conficiendo chrismate testes et cooperatores sui Episcopi, cuius sacri muneris in populo Dei exstruendo, sanctificando et regendo sunt participes, sicque nitide manifestatur unitas sacerdotii et sacrificii Christi in Ecclesia perseverantis.

Quo melius autem significetur unitas presbyteri, adsint e diversis regionibus dioecesis presbyteri concelebrantes.

Qui vero forte non concelebrant, in hac Missa chrismatis sub utraque specie communicare possunt.

3. Missa chrismatis celebratur cum vestibus coloris albi atque in ea dic. *Gloria* et pf. pr.

L 1 Is 61, 1-3a. 6a. 8b-9; Ps 88, 21-22. 25 et 27.

L 2 Apoc 1, 5-8.

Ev Lc 4, 16-21.

4. Sumantur et ad ecclesias dioecesis deferantur nova olea benedicta; vetera comburantur vel in lampadem SS. Sacramenti iniciantur.

5. Infirmis hodie Communio quamvis diei hora deferri potest. Ceteri fideles communicare possunt tantum ad Missam chrismatis et ad Missam in Cena Domini. Qui mane communicaverunt, iterum SS. Eucharistiam ad Missam vespertinam sumere possunt.

6. In triduo paschali prohibentur omnes aliae celebrationes necnon Missae defunctorum, etiam exsequiales.

TRIDUUM PASCHALE

Cum humanae redemptionis et perfectae Dei glorificationis opus adimpleverit Christus praecipue per suum paschale mysterium, quo mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparavit, sacrum paschale triduum Passionis et Resurrectionis Domini uti totius anni liturgici culmen effulget (AC, 18).

APRILIS 2011

21. *Alb.* **FERIA V HEBDOMADAE SANCTAE.** –

Vespere MISSA IN CENA DOMINI pr., *Gloria*, pf. Euch., in Canone romano *Comm.*, *Hanc igitur* et *Qui pridie* pr.

L 1 Ex 12, 1-8. 11-14; Ps 115, 12-13. 15-16bc. 17-18.

L 2 1 Cor 11, 23-26.

Ev Io 13, 1-15.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Animadvertenda.

1. Missa in Cena Domini celebranda est vespere, hora magis opportuna, cum plena participatione totius communitatis localis, sacerdotibus et ministris officium suum implentibus.

2. Ubi ratio pastoralis id postulet, loci Ordinarius alteram Missam in ecclesiis et oratoriis permittere poterit, horis vespertinis celebrandam, et, in casu verae necessitatis, etiam

horis matutinis, sed tantummodo pro fidelibus qui nullo modo Missam vespertinam participare valent. Caveatur tamen ne huiusmodi celebrationes in bonum privatorum fiant et ne praepudicio sint Missae vespertinae principali.

3. Sacerdotes qui in Missa chrismatis aut ad utilitatem fidelium iam celebraverint, denuo concelebrare valent in Missa vespertina.

Item fideles qui in Missa chrismatis iam communicaverint, iterum communicare possunt in Missa in Cena Domini.

4. Tabernaculum vacuum sit; pro communione cleri et populi hodie et crastina die particulae consecrentur in hac Missa.

5. Dum cantatur *Gloria* pulsantur campanae, eoque expleto, silent usque ad Vigiliam paschalem, nisi Conferentia Episcoporum vel Episcopus dioecesis, pro opportunitate, aliud statuerit.

6. Expleta celebratione huius diei, altare privatim denudatur et auferuntur, si fieri potest, cruces ab ecclesia. Expedit ut cruces, quae forte in ecclesia remanent, velentur, nisi iam velatae sint ex praescripto Conferentiae Episcoporum.

7. Moneantur fideles, ut per congruum noctis tempus, secundum locorum et rerum adiuncta, adorationem peragant coram Ss.mo Sacramento asservato, ita tamen ut post mediam noctem haec adoratio absque sollemnitate fiat.

8. Ubi, post Missa in Cena Domini, facta est repositio Ss.mi Sacramenti, celebranda est quoque Actio liturgica propria feriae VI in Passione Domini.

Vesperae omittuntur ab iis, qui Missae vespertinae intersunt.

Cp. post II Vp. dom.

Cras: Ieiunium et abstinentia.

ANNIVERSARIA

1985. *Pisa. Fr. Agostino M. Del Cesta, presb., a. 82, r. 57.*

22. *Rub.* **FERIA VI IN PASSIONE DOMINI.**

De ea. Officium divinum cum peculiaritatibus in Proprio indicatis.

Valde convenit ut hodie et cras Off. lect. et Ld. solemniter cum populo celebrentur (IH, 210).

CELEBRATIO PASSIONIS DOMINI, ut in Missali.

L 1 Is 52, 13 – 53, 12;

Ps 30, 2 et 6. 12-13. 15-16. 17 et 25.

L 2 Hebr 4, 14-16; 5, 7-9.

Ev Io 18, 1 – 19, 42.

In ecclesiis Ordinis nostri, expleta Crucis adoratione, convenienter fit *Celebratio memoriae Compassionis beatae Mariae Virginis*, secundum ritum in novissima editione *Proprii Missarum O.S.M.* (anno 1998) describitur.

Advertenda.

1. Celebratio Passionis Domini agenda est horis postmeridianis, et quidem circum horam nonam; si vero ratio pastoralis id suadeat, tardiore hora inchoari potest.

2. Sacerdos et diaconus vestes coloris rubri, sicut ad Missae celebrationem, induunt, iam ab initio actionis liturgicae.

3. **Altare** omnino nudum sit: sine cruce, sine candelabris, sine tobaleis; nullum tapetum et ornamentum adsit.

4. Iuxta antiquissimam traditionem, Ecclesia hac die Eucharistiam non celebrat.

Sacra **Communio** fidelibus distribuitur unice inter celebrationem Passionis Domini; infirmis autem, qui hanc celebrationem participare nequeunt, quacumque diei hora deferri potest.

5. Hodie post crucis detectionem et cras usque ad Vigiliam paschalem exclusive, cruci genuflectitur.

6. Pro lectione Passionis Domini, cf. ea quae in dominica palmarum dicta sunt (p. 88, n. 6).

7. Crux quae populo ostenditur et adoranda praebetur sat magna sit et eleganti manu sculpta. Formula autem ad crucem ostendendam et responsio populi cantu proferatur. Unica tantum crux, ratione veritatis signi, adorationi praebetur; provideatur tamen ut singuli fideles crucem adorare possint: quod magni momenti est in celebratione huius diei. Ritus proinde in quo crux ab omnibus una simul silentio adoratur, adhibeatur tantummodo si fideles vere numerosiores celebrationem participant.

8. Post celebrationem Passionis Domini Ss.ma Eucharistia reportatur, forma simplici, ad locum asservationis, et ibidem custoditur, lampade de more accensa. Et privatim denudatur altare, relictis tamen cruce et candelabris. Praestat locum aptum parari (v. gr. sacellum in quo respositio et adoratio Sacramenti die praecedenti facta est) et

orationi et meditationi congruum, in quo crux deponatur a fidelibus adoranda.

9. Magni fiant etiam pia populi pietatis exercitia, quae momentum pastorale prae se ferunt, v. gr. *Via crucis*, processiones de passione Domini, memoria dolorum B. Mariae V. Eorum textus et cantus cum liturgia congruant, immo ad ipsam participandam fideles inducant.

VESPERAE ab iis, qui celebrationi Passionis Domini interfuerunt, non dicuntur.

Cp. post II Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1963. *Siena. Fr. Bartolomeo M. Giorgi, presb., a. 82, r. 65.*
 1969. *Tirano. Fr. Guido M. Dalle Carbonare, presb., a. 45, r. 25.*
 1973. *Hillside. Fr. Hyacinth M. Breski, presb., a. 80, r. 60.*
 1978. *Vicenza. Fr. Gerardo M. Borsato, a. 63, r. 42.*
 1984. *Portland. Fr. Peregrine M. Pillarella, a. 84, r. 41.*

23. *Viol.* **SABBATUM SANCTUM.**

De eo. Officium proprium.

Hodie, ante Vigiliam pasch., sacra Communio deferri potest tantum ut Viaticum.

Cp. dic. tantum ab iis qui Vig. pasch. non intersunt: Cp. post II Vp. dom.; loco R. br. dicitur ant. *Christus*.

Animadvertenda.

1. Sabbato Sancto Ecclesia ad sepulcrum Domini immoratur, passionem eius et mortem necnon descensum ad inferos meditando, eius resurrectionem ieiunio et oratione expectando.

2. Valde commendatur celebratio Officii lectionis et Laudum cum populi participatione. Quod si fieri non potest, sacra habeatur verbi Dei celebratio aut aliud pium exercitium mysterio huius diei respondens, praesertim in honorem B. Mariae V. Filii sui passioni sociatae.

3. Fidelium venerationi in ecclesia proponi potest imago Christi crucifixi aut in sepulcro depositi, aut imago eius descensus ad inferos, quae mysterium Sabbati sancti illustret, aut demum imago B. Virginis perdolentis.

4. Hac die Ecclesia ab Eucharistiae celebratione omnino abstinet. Sacra Communio solummodo ad modum Viatici dari potest. Matrimonii aliorumque sacramentorum, praeterquam Paenitentiae et Unctionis infirmorum, celebratio ne habeatur.

5. Fideles de peculiari natura huius diei erudiantur. Celebritates vero festivae, quae cum Paschae celebratione sabbato sancto olim anticipatae conectebantur, nocti et diei Paschalis reserventur.

De S. Adalberto E. M. et de S. Georgio M. nihil fit.

In Anglia:

S. Georgii M. festum omittitur.

Cras recurret anniversarium sollemnis inaugurationis Pontificatus **Benedicti Pp. XVI** (2005), quem Dominus in omnibus prosperet et diu conservet.

Ubi peculiare fiunt celebrationes, dici potest Missa in anniversario Electionis Papae.

In omnibus Missis habeatur peculiaris intentio pro Papa in oratione universali.

ANNIVERSARIA

1998. *Eger. Fr. Agustón M. Csete, presb., a. 85, r. 65.*

2003. *KwaNgwanase. Fr. Alphonse M. Mooney, presb., a. 69, r. 50.*

TEMPUS PASCHALE

Quinquaginta die a dominica Resurrectionis ad dominicam Pentecostes in laetitia et exultatione celebrantur sicut unus dies festus, immo «magna dominica». Hi sunt dies in quibus praecipue cantatur Alleluia (AC, 22).

APRILIS 2011

Animadvertenda pro tempore paschali:

1. Cereus paschalis servatur apud altare vel apud ambonem usque ad dom. Pentecostes inclusive.
2. In fine Cp. et loco *Angelus Domini*, dic. *Regina caeli*, usque ad dom. Pentecostes inclusive.

24. *Alb. DOMINICA PASCHAE IN RESURRECTIONE DOMINI, sollemnitatis cum oct.* Hodie Off. lect. omittitur ab iis qui Vig. pasch. interfuerunt.

Animadvertenda de Vigilia paschali:

1. Ex antiquissima traditione, ista nox est observabilis Domino, et Vigilia quae in ea celebratur, noctem sanctam commemorando qua Dominus resurrexit, habetur ut «mater omnium sanctarum vigiliarum». In ea enim Ecclesia resurrectionem Domini vigilando exspectat, eamque sacramentis initiationis christianae celebrat. Ipsi autem Vigiliae indolem exspectationis adventus Domini eschatologici traditio christiana semper agnovit.

2. Tota celebratio Vigiliae paschalis peragitur nocte, ita ut vel incipiatur post initium noctis, vel finiatur ante diluculum diei dominicae. Usus agendi Vigiliam paschalem horis vespertinis in quibus Missae dominicae sabbato anticipari solent, reprobandus est. Ita insuper tota celebratio ordinanda est ut eius natura vigiliae protractae servetur.

3. Celebratio solius **Missae** sine ritibus Vigiliae paschalis non permittitur.

4. Vigilia paschalis celebrari potest etiam in ecclesiis et oratoriis ubi actiones liturgicae feriae V et feriae VI locum non habuerunt, et omitti ubi praefatae actiones sacrae celebratae sunt. At de praecepto est celebranda ubi fons baptismalis adest.

5. Per totam actionem liturgicam sacri ministri induuntur, sicut ad Missam, vestibus liturgicis *albi* coloris.

6. Vigilia huius noctis ita ordinatur, ut post breve lucernarium (quod est prima pars huius Vigiliae) sancta Ecclesia meditetur mirabilia, quae fecit Dominus Deus populo suo ab initio, confisa verbo eius et promisso (pars secunda seu liturgia verbi), usque dum, appropinquante die resurrectionis, cum novis membris in baptisate renatis (pars tertia), vocatur ad mensam, quam Dominus populo suo praeparavit per mortem et resurrectionem suam (quarta pars).

Tota Vigilia paschalis symbolis et ritibus perficitur, quae amplitudine et dignitate ipsis consona peragi debent, ita ut fideles eorum sensum attingere possint, monitionibus et orationibus etiam insinuatam. Praestat praesertim fideles brevi monitione introducere ad intelligendum sensum typologicum lectionum Veteris Testamenti quae in Vigilia proponuntur.

7. Ad ignem benedicendum quantum fieri potest, loco apto extra ecclesiam rogos paretur, cuius flamma revera tenebras valeat dissipare et noctem illuminare.

8. Cereus paschalis, ad signi veritatem servandam, ex cera sit confectus, integer, sat notabilis magnitudinis, singulis annis renovandus: figuram enim Christi exprimere debet qui, vera lux, mundum illuminat. Signis autem et verbis benedicatur in libris liturgicis relatis, vel ab Episcoporum conferentia statutis.

9. **Praeconium pasch.** annuntiari potest, ex necessitate, etiam a cantore qui non sit diaconus; qui tamen benedictionem a celebrante non accipit et omittit alteram partem invitationis (*Quapropter...*) necnon salutationem *Dominus vobiscum*.

Cani potest forma longiore vel forma brevior.

10. Legendae sunt saltem tres **lectiones Veteris Testamenti**, et in casibus urgentioribus saltem duae; numquam omittenda est lectio libri Exodi. En series lectionum huius Vigiliae:

- L 1 Gen 1, 1-2, 2 *vel* 1, 1.26-31a; Ps 103, 1-2a. 5-6. 10 et 12. 13-14. 24 et 35c *vel* Ps 32, 4-5. 6-7. 12-13. 20 et 22.
 L 2 Gen 22, 1-18 *vel* 22, 1-2.9a.10-13.15-18; Ps 15, 5 et 8. 9-10. 11.
 L 3 Ex 14, 15-15, 1; Ps Ex 15, 1-2. 3-4. 5-6. 17-18.
 L 4 Is 54, 5-14; Ps 29, 2 et 4. 5-6. 11 et 12a et 13b.
 L 5 Is 55, 1-11; Ps Is 12, 2-3. 4bcd. 5-6.
 L 6 Bar 3, 9-15.32-4, 4; Ps 18, 8. 9. 10. 11.
 L 7 Ez 36, 16-17a.18-28; Ps 41, 3. 5bcd; 42, 3. 4 *vel*, *quando celebratur Baptisma*, Is 12, 2-3. 4bcd. 5-6 *vel* Ps 50, 12-13. 14-15. 18-19.
 L 8 Rom 6, 3-11; Ps 117, 1-2. 16ab-17. 22-23.
 Ev Mt 28, 1-10.

11. Liturgia baptismalis Vigiliae paschalis plenitudinem attingit cum adulatorum, vel saltem parvulorum, baptismus celebratur. Attamen, etsi baptismus non est celebrandus, in ecclesiis paroecialibus aqua baptismalis benedicatur; ubi vero neque fons est benedicendus, memoria baptismi fiat benedictione aquae, qua post renovatas promissiones baptismales populus aspergitur.

12. Ad Missae evangelium proclamandum thus adhiberi potest, sed luminaria non portantur.

13. Praestat plenitudinem signi eucharistici in Vigilia paschali communionem attingi, quae sub speciebus panis et vini distribuatur. Ordinarii locorum opportunitatem et circumstantias huius concessionis perpendant et de iis normas praebeant.

14. Missa Vigiliae est Missa paschalis dominicae Resurrectionis. Qui celebrat vel concelebrat Missam noctis, potest etiam Missam diei Paschalis celebrare vel concelebrare.

In ecclesiis Ordinis nostri, in fine Vigiliae paschalis, convenienter fit **Sollemnis salutatio Dominae nostrae**, secundum ritum in novissima editione *Proprii Missarum O.S.M.* (anno 1998) descriptum.

In MISSA VIGILIAE PASCHALIS, pf. I pasch. (*in hac potissimum nocte*). In Can. rom. *Comm. (noctem sacramentissimam)* et *Hanc igitur* pr.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

✠ MISSA IN DIE pr., *Gloria*, sequentia, *Credo*, pf. I pasch. (*in hac potissimum die*) et *Hanc igitur* pr.

L 1 Act 10, 34a.37-43; Ps 117, 1-2. 16ab-17. 22-23.

L 2 Col 3, 1-4 *vel* 1 Cor 5, 6b-8.

Ev Io 20, 1-9 *vel* Mt 28, 1-10.

In Missa vespertina legi potest Lc 24, 13-35.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur omnes aliae celebrationes, et Missa exsequialis.

1. Missa diei Paschalis magna cum sollemnitate celebretur. In ea, loco actus paenitentialis, aspersio fiat aquae (in nocte) benedictae, ut baptismi memoria revocetur.

2. Cereus paschalis, apud ambonem vel apud altare collocandus, ibique toto tempore paschali servandus, in celebrationibus liturgici sollemnioribus huius temporis, idest in Missa, in Laudibus et in Vesperis, accendatur, usque ad dominicam Pentecostes.

3. Ubi viget, diligentissime servetur aut, si fieri potest, inducatur usus celebrandi, die Paschae, Vesperas baptismales, in quibus, dum cantantur psalmi, fit processio ad fontes (IH, 213).

Hodie et per totam oct. Cp. dom. (post I *vel* II Vp.), ant. *Haec dies*, cum or. de Resurrectione, loco Resp. br.

De S. Fidele de Sigmaringen P. M. nihil fit.

ANNIVERSARIA

1972. *Firenze*. Fr. Paolo M. Giannelli, presb., a. 86, r. 68.

1979. *Superga*. Fr. Tarcisio M. Pons, a. 79, r. 43.

1980. *Vicenza*. Fr. Giacomo M. Tonello, a. 67, r. 44.

1992. *Portland. Fr. Donald M. Morgan, presb., a. 76, r. 51.*
 2010. *Piggs Peak. Fr. Maurice M. O'Gorman, presb., a. 67, r. 47.*

25. *Alb. FERIA II INFRA OCT. PASCHAE.*

MISSA pr., cum omnibus peculiaritatibus dom.
 Resurrect. assignatis; attamen sequentia est ad libi-
 tum et *Credo* om.

L 1 Act 2, 14. 22-33; Ps 15, 1-2a et 5. 7-8. 9-10. 11.
 Ev Mt 28, 8-15.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.
 S. Marci Evangelistae festum omittitur.

ANNIVERSARIA

1985. *Venezia. Fr. Amadio M. Righele, presb., a. 88, r. 69.*
 1988. *Roma. Fr. Agostino M. Rossi, presb., a. 70, r. 51.*
 1998. *Dublin. Fr. Vincent M. McGlue, a. 72, r. 42.*

26. *Alb. FERIA III INFRA OCT. PASCHAE.*

MISSA pr., cum omnibus peculiaritatibus dom.
 Resurrect. assignatis; attamen sequentia est ad libi-
 tum et *Credo* om.

L 1 Act 2, 36-41; Ps 32, 4-5. 18-19. 20 et 22.
 Ev Io 20, 11-18.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

ANNIVERSARIA

1987. *Marina di Carrara. Fr. Lorenzo M. Giannelli, presb., a. 78,
 r. 59.*
 1995. *Manchester. Fr. James M. O'Connell, presb., a. 73, r. 53.*

27. *Alb. FERIA IV INFRA OCT. PASCHAE.*

MISSA pr., cum omnibus peculiaritatibus dom.
 Resurrect. assignatis; attamen sequentia est ad libi-
 tum et *Credo* om.

L 1 Act 3, 1-10; Ps 104, 1-2. 3-4. 6-7. 8-9.
 Ev Lc 24, 13-35.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

ANNIVERSARIA

1986. *Fullerton. Fr. Manettus M. Ortmann, presb., a. 75, r. 55.*
 1995. *Saint Louis. Fr. Joseph M. Byrne, diac., a. 73, r. 43.*

28. *Alb. FERIA V INFRA OCT. PASCHAE.*

MISSA pr., cum omnibus peculiaritatibus dom.
 Resurrect. assignatis; attamen sequentia est ad libi-
 tum et *Credo* om.

L 1 Act 3, 11-26; Ps 8, 2a et 5. 6-7. 8-9.
 Ev Lc 24, 35-48.

De S. Petro Chanel P. M. et de S. Ludovicio M. Grignon
 de Monfort P. nihil fit.

ANNIVERSARIA

1976. *Bruxelles. Fr. Leonard M. Walters, a. 65, r. 45.*
 2004. *Vicenza. Fr. Filippo M. Zanin, presb., a. 77, r. 55.*

29. *Alb. FERIA VI INFRA OCT. PASCHAE.*

MISSA pr., cum omnibus peculiaritatibus dom.
 Resurrect. assignatis; attamen sequentia est ad libi-
 tum et *Credo* om.

L 1 Act 4, 1-12; Ps 117, 1-2 et 4. 22-24. 25-27a.

Ev Io 21, 1-14.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

S. Catharinae Senensis V. D. memoria omittitur.

In Italia et in Europa:

S. Catharinae Senensis V. D. festum omittitur.

ANNIVERSARIA

1996. *Quilmes*. Fr. Attilio M. Pizzolato, presb., a. 71, r. 51.

2002. *Plasencia*. Fr. Juan Ángel M. Bracesco, presb., a. 83, r. 60.

2004. *Hall bei Innsbruck*. Fr. Laudislaus M. Maurer, presb., a. 90, r. 73.

30. *Alb.* **SABBATUM INFRA OCT. PASCHAE.**

MISSA pr., cum omnibus peculiaritatibus dom. Resurrect. assignatis; attamen sequentia est ad libitum et *Credo* om.

L 1 Act 4, 13-21; Ps 117, 1 et 14-15. 16ab-18. 19-21.

Ev Mc 16, 9-15.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

De S. Pio V Pp. nihil fit.

I VESPERAE dom. II Paschae. – Cp. post I *vel* II Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1988. *Torino*. Fr. Guido M. Mattioli, presb., a. 54, r. 35.

TRIDUUM

S. PEREGRINI LAZIOSI



Diebus 1-2-3 maii in omnibus ecclesiis Servorum Familiae dicantur oportet preces ut fratres omnesque sodales ad festum S. Peregrini Laziosi celebrandum apte disponantur. Ad hoc opportune adhibebitur subsidium cui est titulus *In lode di san Pellegrino Laziosi vel In praise of saint Peregrine Laziosi vel À la louange de saint Pérégrin Laziosi vel En honor de San Peregrino Laziosi.*

MAIUS 2011

1. *Alb.* In oct. Paschae. **DOMINICA II PASCHAE** seu **DE DIVINA MISERICORDIA.**

De ea.

- ✠ MISSA pr. cum omnibus peculiaritatibus dom. Resurrect. assignatis; attamen sequentia omitti potest. *Credo.*

L 1 Act 2, 42-47; Ps 117, 2-4. 13-15. 22-24.

L 2 1 Petr 1, 3-9.

Ev Io 20, 19-31.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

De S. Ioseph Opifici. nihil fit.

II VESPERAE dom. II Paschae. – Cp. post II Vp. dom.

Per totum tempus paschale peculiaris ratio habeatur de institutione mystagoga neophytorum (OICA, 235-239).

Tempore paschali haec servantur:

1. In feriis non permittuntur Missae ad diversa, votivae aut cotidianaefunctorum (IM, 375. 381), nisi utilitas pastoralis id requirat (IM, 376). Permittuntur tamen Missae de memoriis his diebus in Martyrologio inscriptis (IM, 355 a-b).
2. In Missa unum *Alleluia* ant. ad introitum et ad communionem addatur, nisi iam adsit vel cum sensu verborum repugnet.
3. In Off. Sanctorum (praesertim in Co. App. et Mm.) partes huic tempori propriae exstant.
4. In Off. *Alleluia* additur tantum ubi et quomodo indicatur. Partes propriae habentur in Ordinario.

DIES CONGREGATIONIS

Congregatio Sororum cui est titulus *Minime dell'Adololata*, hanc diem, qua anno 1868 Sancta Clelia Barbieri (1847-1870), Congregationis Fundatrix, in pace obdormivit, tamquam *Diem Congregationis* celebrat. Anno 1951 die 9 ianuarii Congregatio Ordini nostro aggregata est.

Fratres et sorores totius Ordinis grates debitas Deo et beatae Virgini reddant et pro bono atque incremento Instituti ferventes adhibeant preces.

ANNIVERSARIA

1977. *Udine.* Fr. *Virginio M. Rigo*, a. 68, r. 49.

1982. *Reggio Emilia.* Fr. *Alfonso M. Montà*, presb., a. 75, r. 56.

1989. *Vicenza.* Fr. *Nazareno M. Milani*, presb., a. 75, r. 59.

1994. *Bend (Oregon).* Fr. *Maurice M. Gillespie*, presb., a. 76, r. 56.

2. *Alb.* Feria II post dom. II Paschae (hebd. II *Psalt.*).

S. Athanasii E. D., memoria.

MISSA memoriae, pf. pasch. *vel* de sancto.

L 1 Act 4, 23-31; Ps 2, 1-3. 4-6. 7-9.

Ev Io 3, 1-8.

ANNIVERSARIA

1972. *Terni.* Fr. *Luciano M. De Luca*, presb., a. 46, r. 22.

1995. *Francavilla al Mare.* Fr. *Luigi M. Rufini*, presb., a. 72, r. 53.

1996. *Montréal.* Fr. *Mario M. De Santis*, presb., a. 78, r. 59.

3. *Rub.* Feria III. SS. PHILIPPI ET IACOBI APP., *festum*.
– Ad H. m. ant. de temp. et pss. feriae III *hebd. II*.

MISSA pr., *Gloria*, lect. pr., pf. App.

L 1 1 Cor 15, 1-8; Ps 18, 2-3. 4-5.

Ev Io 14, 6-14.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

ANNIVERSARIA

1963. *S. Paulo. Fr. Giovanni M. Cardinale, presb., a. 33, r. 16.*

1994. *Moncalieri. Fr. Romeo M. Rizzo, a. 46, r. 16.*

4. *Alb.* Feria IV. S. PEREGRINI LAZIOSI, REL. O. N., *festum*. – Ad H. m. ant. et pss. feriae IV *hebd. II*.

MISSA pr., *Gloria*, lect. pr., pf. pr.

L 1 2 Cor 4, 10-18; Ps 87, 2-3. 4-5. 10. 14.

Ev Mt 7, 7-14.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

ANNIVERSARIA

1968. *Roma. Fr. Alessio M. Rossi, presb., a. 80, r. 62.*

1977. *Pannonhalma. Fr. Bertalan M. Süle, a. 73, r. 36.*

5. *Alb.* Feria V post dom. II Paschae (*hebd. II Psalt.*).

De ea.

MISSA feriae, pf. pasch.

L 1 Act 5, 27-33; Ps 33, 2 et 9. 17-18. 19-20.

Ev Io 3, 31-36.

ANNIVERSARIA

1981. *Budapest. Fr. Benedek M. Pataki, presb., a. 63, r. 41.*

6. *Alb.* Feria VI post dom. II Paschae (*hebd. II Psalt.*).

De ea.

MISSA feriae, pf. pasch.

L 1 Act 5, 34-42; Ps 26, 1. 4. 13-14.

Ev Io 6, 1-15.

ANNIVERSARIA

1966. *Firenze. Fr. Andrea M. Nesi, presb., a. 85, r. 68.*

1979. *Chicago. Fr. Joseph M. Grabrian, presb., a. 74, r. 52.*

1981. *Pesaro. Fr. Stefano M. Cherubini, presb., a. 56, r. 38.*

1988. *Arco. Fr. Vincenzo M. Campesato, presb., a. 72, r. 52.*

1989. *Gnas. Fr. Otho M. Trummer, presb., a. 68, r. 33.*

1997. *Wheeling. Fr. Thomas M. Lo Cascio, presb., a. 83, r. 63.*

7. *Alb.* Sabb. post dom. II Paschae (*hebd. II Psalt.*).

De eo. Vel:

Alb. De S. Maria in sabb.

MISSA sabb., pf. pasch. *vel* MISSA B. Mariae V., pf. pasch. *vel* B. Mariae V.

L 1 Act 6, 1-7; Ps 32, 1-2. 4-5. 18-19.

Ev Io 6, 16-21.

Vel:

Una e Missis CMBMV Temp. pasch., praesertim form. n.
15: *Beata Maria Virgo in resurrectione Domini.*

I VESPERAE dom. III Paschae. – Cp. post I Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1976. *Sitekí. Fr. Giuseppe M. Vitelli, presb., a. 66, r. 48.*
 1993. *Nigel. Fr. Alessio M. Treppo, a. 70, r. 46.*
 2007. *Sainte-Foy. Fr. Gérard M. Therrien, presb., a. 57, r. 36.*

8. *Alb.* **DOMINICA III PASCHAE** (hebd. *III Psalt.*).**De ea.**✠ *MISSA* pr., *Gloria, Credo*, pf. Pasch.

L 1 Act 2, 14.22-33;

Ps 15, 1-2a et 5. 7-8. 9-10. 11.

L 2 1 Petr 1, 17-21.

Ev Lc 24, 13-35.

Prohibentur aliae celebrationes necnon *Missae* exsequialis.B. *Mariae V. gratiarum Matris ac Mediatrix* memoria omittitur.II *VESPERAE* dom. III Paschae. – Cp. post II Vp. dom.

In Argentina:

7. I *VESPERAE* seq. soll. – Cp. post I Vp. dom.8. *Alb.* Dom. «*NUUESTRA SEÑORA DE LUJÁN*», *PATRONAE PRINCIPALIS REI PUBLICAE ARGENTINAE, sollemnitatis*. – Ad H. m. ant. pr. cum psalmodia complementari.✠ *MISSA* pr., *Gloria, Credo*, pf. pr.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Non permittuntur aliae celebrationes, excepta *Missae* exsequiali.II *VESPERAE* soll. – Cp. post II Vp. dom.

DIES CONGREGATIONIS

Congregatio Sororum cui est titulus *Suore di Maria Ss. Addolorata (Napoli)*, hanc diem, qua anno 1840 Institutum initium cepit, tamquam *Diem Congregationis celebrat*. Anno 1951 die 25 octobris Congregatio Ordini nostro aggregata est.

Omnes fratres et sorores Ordinis nostri in celebratione Laudum et Vesperarum necnon Sacrificii eucharistici, grates Deo et beatae *Mariae Virgini* rependentes, enixas effundant preces pro Institutu bono atque incremento.

ANNIVERSARIA

1968. *Tirano. Fr. Giovanni M. Todesco, presb., a. 51, r. 29.*
 1975. *Saluzzo. Fr. Giovanni M. Ballerini, presb., a. 66, r. 34.*
 2001. *Bruxelles. Fr. Pérégrin M. Desaeve, a. 79, r. 62.*
 2008. *Torino. Fr. Adriano M. Canavoso, a. 88, r. 69.*

9. *Alb.* Feria II post dom. III Paschae (hebd. *III Psalt.*).**De ea.***MISSA* feriae, pf. pasch.

L 1 Act 6, 8-15; Ps 118, 23-24. 26-27. 29-30.

Ev Io 6, 22-29.

ANNIVERSARIA

1979. *Gelsenkirchen-Buer. Fr. Theophil M. Wanderti, presb., a. 50, r. 29.*

1985. *Phoenix. Fr. Gilbert M. Hayden, presb., a. 70, r. 49.*

10. *Alb.* Feria III post dom. III Paschae (hebd. *III Psalt.*).

De ea.

MISSA feriae, pf. pasch.

L 1 Act 7, 51 – 8, 1a;

Ps 30, 3cd-4. 6ab et 7b et 8a. 17 et 21ab.

Ev Io 6, 30-35.

ANNIVERSARIA

1960. *Chicago. Fr. Joseph M. Vosburgh, presb., a. 67, r. 44.*

11. *Alb.* Feria IV post dom. III Paschae (hebd. *III Psalt.*).

De ea. Vel:

Alb. B. Benincasa, Rel. O. N.

MISSA feriae, pf. pasch. *vel* MISSA memoriae, pf. pasch. *vel* de beato.

L 1 Act 8, 1b-8; Ps 65, 1-3a. 4-5. 6-7a.

Ev Io 6, 35-40.

ANNIVERSARIA

1960. *Osimo. Fr. Lorenzo M. Cangini, presb., a. 69, r. 49.*

1974. *Elmhurst. Fr. Francis M. Fitzgerald, presb., a. 69, r. 30.*

1978. *Rosznó. Fr. Ferenc M. Repási, a. 79, r. 31.*

12. *Alb.* Feria V post dom. III Paschae (hebd. *III Psalt.*).

B. Francisci Senensis, Presb. O. N., memoria.

MISSA memoriae, pf. pasch. *vel* de beato.

L 1 Act 8, 26-40; Ps 65, 8-9. 16-17. 20.

Ev Io 6, 44-51.

De Ss. Nereo et Achilleo Mm. et de S. Pancratio M. nihil fit.

ANNIVERSARIA

1997. *Wien. Fr. Joachim M. Nagy, a. 92, r. 68.*

1997. *Viareggio. Fr. Alfonso M. Marinucci, a. 70, r. 47.*

13. *Alb.* Feria VI post dom. III Paschae (hebd. *III Psalt.*)

De ea. Vel:

Alb. B. Mariae Virginis de Fatima.

MISSA feriae, pf. pasch., *vel* MISSA memoriae, pf. pasch. *vel* B. Mariae V.

L 1 Act 9, 1-20; Ps 116, 1. 2.

Ev Io 6, 52-59.

Vel, in Missa de B. Mariae V. de Fatima, e *Lectionario Sanctorum*:

L 1 Is 61, 9-11; Ps 44, 11-12. 14-15. 16-17.

Ev Lc 11, 27-28.

ANNIVERSARIA

1965. *Detroit. Fr. Alexis M. Croke, presb., a. 75, r. 59.*

1971. *Montréal. Fr. Henri M. Paradis, presb., a. 71, r. 38.*

2000. *Portland. Fr. Mark M. Holmes, a. 93, r. 54.*

14. *Rub.* Sabb. S. MATTHIAE, AP., *festum.* – Ad H. m. ant. de temp. et pss. sabb. *hebd. III.*

MISSA pr., *Gloria*, lect. pr., pf. App.

L 1 Act 1, 15-17.20-26; Ps 112, 1-2. 3-4. 5-6. 7-8.

Ev Io 15, 9-17.

Adhibeatur PE cum praefatione variabili.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

I VESPERAE dom. IV Paschae. – Cp. post I Vp. dom.

ANNIVERSARIA

1964. *Tiszanagyfalu*. Fr. Janos-Angyal M. Kováts, presb., a. 49, r. 32.

1967. *Firenze*. Fr. Anton M. Keulemans, a. 64, r. 2.

15. *Alb.* **DOMINICA IV PASCHAE** (hebd. *IV Psalt.*).

De ea.

✠ MISSA pr., *Gloria*, *Credo*, pf. pasch.

L 1 Act 2, 14a.36-41; Ps 22, 1-3a. 3b-4. 5. 6.

L 2 1 Petr 2, 20b-25.

Ev Io 10, 1-10.

DIES PRO FOVENDIS VOCATIONIBUS

